

Tödliche Attacke im Bad

Caius Plinius Secundus Minor, Epistula 3, 14 (gek.)

Plinius berichtet dem *Lucius Acilius Rufus*, einem römischen Politiker und Senator, von einer grausamen Begebenheit im privaten Bad der *Villa Formiana*.

C. Plinius grüßt seinen *Acilius*

Eine grausige und nicht nur eines Briefes würdige Sache erlitt *Larcius Macedo*, ein Mann von prätorischem Rang, von seinen Sklaven; überhaupt ein hochmütiger und erbarmungsloser Herr und einer, der sich zu wenig, ja im Gegenteil zu sehr erinnerte, dass sein Vater noch als Sklave gedient hatte.

Lavabatur in villa Formiana; repente eum servi circumsistunt. Alius fauces¹ invadit¹, alias os verberat, alias pectus et ventrem, atque etiam – foedum² dictu² – verenda³ contundit⁴; et cum exanimem putarent, abiciunt in fervens pavimentum, ut experirentur⁵, an viveret. Ille, sive quia non sentiebat, sive quia se non sentire simulabat, immobilis et extensus⁶ fidem⁷ peractae mortis implevit⁷. Tum demum quasi aestu⁸ solutus⁸ effertur; excipiunt⁹ <eum> servi fideliores, concubinae cum ululatu et clamore concurrunt. Ita et vocibus excitatus et recreatus loci frigore sublatis oculis agitatoque¹⁰ corpore vivere se – et¹¹ iam tutum erat¹¹ – confitetur. Diffugiunt servi; quorum magna pars comprehensa est, ceteri requiruntur.

Er selbst, mit Mühe wenige Tage ins Leben zurückgerufen, starb mit dem Trost der Rache, zu Lebzeiten so gerächt worden zu sein, wie sonst gewöhnlich nur Ermordete gerächt zu werden pflegen.

...

Verum¹² haec hactenus¹². Quid praeterea novi? Quid? Nihil, alioqui¹³ subiungerem¹⁴; nam et charta adhuc superest et dies feriatus patitur plura contexi¹⁵. Addam, quod opportune¹⁶ de eodem Macedone succurrit. Cum in public <balineo> Romae lavaretur, notabilis atque etiam, ut exitus docuit, ominosa¹⁷ res accidit. Eques Romanus a servo eius, ut transitum¹⁸ daret¹⁸, manu leviter admonitus convertit se nec servum, a quo erat tactus, sed ipsum Macedonem tam graviter palma percussit, ut paene concideret. Ita balineum illi quasi per¹⁹ gradus quosdam¹⁹ primum contumeliae locus, deinde exitii fuit.

Vale!

- 1 **fauces invadere** 3: an der Gurgel packen
- 2 **foedum dictu**: scheußlich zu sagen
- 3 **verenda**, -orum n.: Schamteile
- 4 **contundere** 3: quetschen, zermalmen
- 5 **experiri** 4: überprüfen
- 6 **extensus** 3: ausgestreckt
- 7 **fidem implere**: den Eindruck erwecken
- 8 **aestu solutus**: von der Hitze hinweggerafft
- 9 **excipere** M <eum>: sich um ihn annehmen
- 10 **agitare** 1: bewegen
- 11 **et iam tutum erat**: es bestand keine Gefahr mehr

- 12 **verum haec hactenus**: doch genug davon
- 13 **alioqui**: sonst
- 14 **subiungere** 3: hinzufügen
- 15 **contexere** 3: hier schreiben
- 16 **opportune**: gerade noch rechtzeitig
- 17 **ominosus** 3: von übler Vorbedeutung
- 18 **transitum dare**: Platz machen
- 19 **per gradus quosdam**: schrittweise